

2.

DISSERTATIO ACADEMICA  
EXPLICANS VOCES PENTATEUCHI PERSICI,  
IN LEXICO RICHARDSONIANO VEL  
OMISSAS VEL NON SATIS  
EXPOSITAS.

P. I.

QUAM,

VENIA FAC. PHILOS. IMP. UNIV. ABOËNS.

PUBLICO EXAMINI MODESTE OFFERUNT

*Mag. CAROLUS GUSTAVUS SjöSTEDT,*  
*Linguae Rusf. ad Scholam Cath. Ab. Magister,*

ET

*OTTO UDALRICUS TULINDBERG,*  
*Ostrobottniensis.*

In Auditorio Philosophico die XXIV Maji MDCCCXXVI.  
hor. a. m. folit.

---

ABOÆ, Typis FRENCKELLIORUM.

*Lind!*

DISSERTATIO  
EX PHYSICIS VOCEBUS PERIPLASTICIS PERIPLASTICIS  
IN PERIPLASTICIS PERIPLASTICIS PERIPLASTICIS  
PERIPLASTICIS PERIPLASTICIS PERIPLASTICIS  
PERIPLASTICIS

F. I.

PERIPLASTICIS PERIPLASTICIS PERIPLASTICIS

PERIPLASTICIS PERIPLASTICIS PERIPLASTICIS

PERIPLASTICIS PERIPLASTICIS PERIPLASTICIS  
PERIPLASTICIS PERIPLASTICIS PERIPLASTICIS

et

PERIPLASTICIS PERIPLASTICIS PERIPLASTICIS  
PERIPLASTICIS PERIPLASTICIS PERIPLASTICIS

PERIPLASTICIS PERIPLASTICIS PERIPLASTICIS  
PERIPLASTICIS PERIPLASTICIS PERIPLASTICIS

---

PERIPLASTICIS PERIPLASTICIS PERIPLASTICIS

*Handwritten signature*



**T**otum sacrum codicem olim possedisse PERSAS in suam linguam translatum fert fama. Reliquiæ vero hujus antiquæ versionis librorum sacrorum nullæ quidem ad nostram pervenere cognitionem. Nonnulli nempe codicis sacri libri, quos nunc translatos in linguam persicam habemus, omnes procul dubio recentiore agnoscunt ætatem. Inter libros Bibliorum sacrorum recentiori tempore persice translatos, qui quidem omnes multum utilitatis ad sensum codicis sacri eruendum enucleandumque adferunt, præ ceteris insignis est Pentateuchus persicus. Auctor hujus versionis est JACOBUS TAWUSUS, *Judæus a*), a Tus (طوس) urbe regionis Chorasan *b*) denominatus, qui e textu hebræo, in usum *Judæorum* in Persia degentium, in linguam persicam transtulit Pentateuchum. Quæ versio Pentateuchi, characteribus hebræis exarata, una cum ONQUELOSI & SAADIÆ versionibus, Constantinopoli anno 1551 edita est. Hæc Constantinopolitana Pentateuchi editio, cura WALTONI, persicis characteribus deinde exhibita est in Bibliis Polyglottis Anglicanis. TAWUSUM vero accuratissima idiomatis persici cognitione haud instructum fuisse, ex ipsa versione patet. Sæpius enim, nulla urgente necessitate, voces hebræas in sua retinuit versione, persicæ, vel saltim arabicæ apud PERSAS satis tritæ, quæ illis respondeant, in sermone persico etsi adfuerint; vocabula, quæ, excepto Pentateucho persico, apud auctores persicos vix occurrunt, ad imitationem vocum hebræarum iisdem respondentium, nonnumquam formasse videtur,

A

*a*) Prolegomena in *Biblia Sacra Polyglotta*, Londini, MDCLVII, p. 102.

*b*) HERBELOT, *Bibl. O.* p. 1032.

tur, e. g. زيزيرهاييان c) everfiones, Deut. XXXII, 20.   
 انسد extinguetur, Levit. VI, 12, پهلوي juxta, penes,   
 apud, Genef. XXXIX, 10, &c.; haud raro pronus fuit ad con-   
 ftructions hebraeas, eadem perficis multo concinnius cum li-   
 cuisfet exprimere; formas, quæ verbis fermonis hebraei com-   
 petunt, variis modis insignivit. Pihel & Hiphil HEBRÆORUM,   
 Pael & Aphel SYRORUM, plerumque verbis transitivis in   
 اندن five انيدن expresfit. Hinc plurium verborum derivatorum   
 in اندن five انيدن exeuntium, quæ quidem non nisi rarius   
 apud auctores perficos occurrunt, frequens usus in Pentateu-   
 cho perfico. Hithpahelica vero HEBRÆORUM forma, per ver-   
 ba passiva fermonis perfici plerumque insignita est apud TA-   
 WUSUM. Haud raro forma hiphilica expressa est nominibus   
 & quodam verborum كردن facere, دادن dare, آوردن ferre,   
 فرمودن jubere, نمودن ostendere, گرفتار شدن capere, &c.   
 nec non simpliciter verbis activis linguæ persicæ. Ubique   
 vero non satis attendisse videtur TAWUSUS ad varias cognatas   
 significaciones, quæ alibi atque alibi competunt formis pihel &   
 hiphil, quæque significaciones haud raro differunt a significatu,   
 quo forma kal est conspicua; conf. e. g. versionem persicam &   
 textum hebræum, Genef. L, 16. Exod. XX, 24. Nec cog-   
 nitio interpretis persici ubique sufficit ad penitus eruendum &   
 enucleandum sensum loci cujusvis Pentateuchi hebraei. Hæc   
 tamen objectiones, quæ in TAWUSUM cadere possunt, mino-   
 ris sane sunt momenti; interpret enim laudatus, cum de ce-   
 tero, ut *Judæus*, verum genium hebraismi biblici perspicuum   
 habuerit, summamque perspicue & vere reddendo textui hebræo   
 adhibuerit curam, pretium illius versionis debitum haud denegare   
 volumus. Quin & versio TAWUSI haud raro multo feliciter &

con-

---

c) Vox, ut videtur, formata ad imitationem HEBRÆORUM pluralis   
 eminentiæ.

concinnius quam prolixiores paraphrases chaldææ, exprimit hebræum textum, summæque utilitati est interpreti Bibliorum sacrorum, tum ideo, quod sit facta ex ipso textu originali, comprobandæque veritati lectionis hebrææ perbene inferviat, tum ideo, quod plane ad verbum reddens textum hebræum enucleando vero sensui ejusdem haud parum conducatur. Hebrææ voces, explicatu difficillimæ, e. g. אֱרִיִם וְחַמִּים Urim & Thummim, Exod. XXVIII, 30. Levit. VIII, 8. Num. XXVII, 21. אֵיב, Levit. XX, 27, pro quibus apud TAWUSUM occurrunt اوريم و تميم, اورب, nec non hebr. יְהוּדָה יו, quod hebræis characteribus expressum legitur יו, Exod. XXX, 20. Num. XXVII, 21, &c. plerumque in versione persica omnino non translatae sunt. Hasce tamen aliasque voces, quæ potius explicari quam transferri possunt, merito retinuit TAWUSUS, in primis cum persuasum sibi habuisse videatur summum *translatoris* meritum in eo consistere, ut verbo tenus reddat textum originale. Varia vocabula, in versione TAWUSI occurrentia, apud RICHARDSONUM d), nec non in *Thestau-ro Meninskiano* e), vel omnino non vel non satis accommodata ad sensum Pentateuchi persici exposita cum sint, nobismet, edituris quoddam specimen philologicum, proposuimus explicare hasce voces. Propositum procul dubio audacissimum, tum, quod plurium linguarum orientalium cognitio intelligendæ TAWUSI versionis sit necessaria, tum quod Pentateuchus persicus sine omnibus signis vocalium exhibitus sit in *Polyglottis Anglicanis*, tum denique, quod defectu variorum subsidiorum presci, nobis non licuerit ubique satis alte penetrare ad veritates versionis laudatæ, interdum, in profundo

d) DICTIONARY, PERSIAN, ARABIC, AND ENGLISH, London 1806, cui accedit *Volumen II: DICTIONARY, ENGLISH, PERSIAN, AND ARABIC, Nondon, 1810.*

e) *THESAURUS Linguarum Orientalium TURCICÆ, ARABICÆ, PERSICÆ, Viennæ Austriæ, MDCLXXX.*

do abstrusas. Sublevaturi itaque lectionem Pentateuchi perfici, in *Bibliis Polyglottis* signis vocalium carentis, vocibus persicis atque arabicis, quæ in spicilegio nostro afferentur, apponimus pronuntiationem, in qua secuti *cel. RICHARDSONUM*, litteram  $\text{ع}$  expressimus per  $t$ :  $\text{ث}$  per  $s$ :  $\text{ج}$  per  $j$ :  $\text{ح}$  per  $ch$ :  $\text{ح}$  per  $h$ :  $\text{خ}$  per  $kh$ :  $\text{ن}$  per  $z$ :  $\text{ز}$  per  $z$ :  $\text{ژ}$  per  $j$ :  $\text{س}$  per  $s$ :  $\text{ش}$  per  $sh$ :  $\text{ص}$  per  $s$ :  $\text{ض}$  per  $z$ :  $\text{ط}$  per  $t$ :  $\text{ظ}$  per  $z$ :  $\text{ق}$  per  $k$ :  $\text{ك}$  per  $k$ :  $\text{س}$  per  $h$ :  $\text{س}$  per  $t$ :  $\text{ي}$  (habitam pro consonante) per  $y$ ,  $f$ ). Perficas voces, præposita littera  $p$ , ab arabicis, quibus littera  $a$  præfixa est, distinximus. Vocabula composita e voce persica & arabica, vel arabica & persica, insignita sunt litteris  $pa$  vel  $ap$ . Vocibus, quæ turcicam videntur agnoscere originem, addita quidem est pronuntiatio, hasce tamen, valde raro cum occurrant, præposita quadam littera insignire necessarium haud duximus, sed sententiam nostram sub ipsa voce exposuimus. Quod etiam in illo casu factum est, cum dubii hæsimus circa originem cujusdam vocis. Vocabulis vero originis hebrææ, quæ TAWUSUS in sua versione, plerumque sine omni mutatione, retinuit, adjungimus hebræas voces, expressas signis vocalium hebræis, adjudicantes eadem, quippe quæ procul dubio usæ non sint trita apud PERSAS, ad pronuntiationem persicam non esse retorquenda. Voces chaldææ & syriacæ, quæ illustrationis causa afferuntur, nec non alibi atque alibi arabicæ, prout ad contextum aptius fuerit, singulæ suis vocalium signis expressæ sistuntur. At nos justus incesit timor fore, ut juveniles atque debiles humeri nostri, impares sustentando oneri a nobis suscepto, eidem succumbant. Nihilo tamen minus, confidentes fore, ut ii, qui perpenderit difficultates, quibus cum nobis luctandum est, æqui bonique consulant tirocinium hocce, spicilegium nostrum in ordine alphabetico afferre aggrediemur.

P.

f) Confer ulterius Præfationem *Lexici Richardsoniani*, sub articulo: ADVERTISEMENT TO THE QUARTO EDITION.

p. آب خانہ *ābkhānah*, canalis, Genes. XXIV, 20.

آب خانہ آن آب *ābkhānah ān āb*, aquarium, locus ubi pecora adaquantur, Genes. XXX, 38.

p. اجدھا *achdahā*, serpens major, vulgo draco, Deut. XXXII, 33. اجدھا I. c. est i. q. اجدھا *ajdahā*, Genes.

I, 21. Exod. VII, 12, pro quo اجدھا *ajdarhā* & اجدھا *ajdar* quoque adhibentur. Voces اجدھا & اجدھا II. cc. eodem modo esse interpretandas patet inde, quod in textu hebr. locis hisce tribus una eademque vox אגדר legatur, indeque, quod nonnulla persica vocabula promiscue scribantur modo per چ modo per ج, e. g. کاج *kāch* & کاج *kaj* luscus, strabo.

p. ایزر *abzār*, herba vel radix odorifera; condimentum ex herbis vel radicibus odoriferis paratum, aroma. ایزر, etsi MENINSKIUS pariter ac RICHARDSONUS arabicam eidem tribuerint originem, vox persica esse videtur. Pluralis Arabicus ایزر *abzār*, voci ایزر in *Lexicis* GOLII, MENINSKII & RICHARDSONI additus, pro quo tamen in Pentateucho Persico ubique legitur ایزر *abzārā*, arabicam originem hujus vocabuli non plene demonstrat. Nihil enim impedire videtur, quominus nomen persicum pluralem arabicum asumat, pariter ac nomina arabica singularia terminationes plures persicas plerumque adsciscunt, etsi & plures arabici, quorum tamen in versione pers. Pentateuchi non obveniunt exempla, apud auctores persicos haud raro occurrant, Quin potius

ابزر videtur esse i. q. آبزر, etsi hæc duæ voces a cel. MENINSKIO eo distinguantur modo, ut illa sit originis arabicæ pronuncieturque *ebzār*, hæc vero vocabulum persicum efferturque *ābzār*. Quam tamen pronunciationem non esse constantem *Lexicon RICHARDSONI*, ubi ابزر pronunciat *ābzār*, ostendit. Terminatio زار, formandis nominibus loci inserviens, videtur indicare originem persicam vocis ابزر, quæ, ابزر & آبزر fere idem cum significant, a pers. آب *āb* splendor, nitor, forsan est derivanda. Hinc ابزر est locus oblitus herbis splendentibus, virentibus & odoriferis; herba vel radix odorifera, aroma. Quam primam significationem licet exemplis quidem perspicuis ostendere non possimus; virōris tamen & splendoris notio, inde, quod *sempervivum minus* Turetanicis & Africæ propriæ incolis dicatur ابزر القطة, (vide *GOLII Lexicon* s. v. ابزر) quodammodo confirmatur. Persicam originem hujus vocis quoque indicare videtur, quod, *persico more*, permutato ب in ق pro ابزر haud raro dicatur افزر *afzār*. Vocem ابزر apud ARABES non satis esse tritam, præterea demonstrat arabica Pentateuchi versio, in qua, locis, ubi apud TAWUSUM, ut Exod. XXV, 6. XXX, 7, 23, 34. XXXI, 11. XXXV, 8, 15. &c. ابزر occurrit, تيب طيب *tīb* vel صمغ صمغ *sumagh* legitur.

ابزر hebr. אבזר, qui, Exod. III, 14. Pro hacce hebræa voce, quam TAWUSUS, præcæntibus jam paraphrasi chaldæa ONQUELOSI & versione syriaca, ob ipsam naturam loci citati, retinuit, alibi legitur انچه *anchah*, i. q. pro-

no-



nomen relativum כִּי *kīh* vel *keh* qui, quæ, quod. (Vide vocem אֲנִיךָ suo loco)

אֲשֶׁר hebr. אֲשֶׁרָה, Chald. אֲשֶׁרָה, lucus, Deut. XVI, 21.

אֲשָׁם hebr. אֲשָׁם, chald. אֲשָׁם, sacrificium pro reatu, Levit. V, 16. VI, 6, 17. VII, 1, 37. XIV, 12. Num. VI, 12 &c. In significatione vero reatus sive delicti, אֲשָׁם apud TAWUSUM occurrere non videtur. Hebræorum enim אֲשָׁם, Genes. XXVI, 10, ubi potissime delictum vel reatum significat, in versione pers. translatum est per ar. vocem جرم *jaram* culpa, reatus. Sic & in paraphrasibus chaldæis IONATHANI & ONQUELOSI h. l. non אֲשָׁם sed חֲבֵרָה culpa, noxa, reatus, legitur. Circa Levit. V, 19, ubi אֲשָׁם quoque occurrit, dubium quidem videtur, utrum sacrificium pro delicto, an ipsum delictum, sit intelligendum. Illud tamen videtur præferendum. In *Lexico* RICHARDSONI voci אֲשָׁם *asham* offensivus l. criminis significatus quoque tribuitur. Videtur tamen vox אֲשָׁם offensio, culpa, si in hacce significatione apud PERSAS occurrat, hebræam vel chaldæam agnoscere originem. Nec אֲשָׁם crimen, sed tantummodo אֲשָׁם *isim* (secundum RICHARDSONUM *isham*) subligacula, femoralia (vide *Appendicem Lexici* MENINSKII pag. 5746) apud MENINSKIUM occurrit.

p. آشفتن *āshuftan*, transitivum آشوبانندن *āshūbandam*, *āshuftan* imper. آشوب *āshūb*; concutere, perturbare, Exod. XIV, 24, i. q. آشوب دادن *āshūb dadan* terrorem incutere, perturbare Exod. XXIII, 27.

آلودگی *ālūdagi*, a آلوده *ālūdēh*; inquinatio, pollutio; fimus, excrementum, Deut. XXIII, 13.

آلون

אלון hebr. אֱלוֹן, quercus. בְּכוֹת hebr. בְּכוֹת, quercus moeroris, Genes. XXXV, 8. JONATHANUS, qui l. c. habet אֱלוֹן בְּכוֹת אַחֵר אַחֵר alius luctus, videtur comparasse vocem hebr. אֱלוֹן cūm chal. אֱלוֹן alius; inepte sane. Quin potius HEBRÆORUM אֱלוֹן videtur esse CHALDÆORUM אֱלוֹן arbor quævis crassior, quæ vox apud DANIELEM in eodem quoque occurrit sensu, et si apud HEBRÆOS in generali notione arboris non obveniat.

p. آمیختہ amēkhtah, part. præter. آمیختن amēkhtan; pr. mixtus, mixtio. Hinc: 1) turba mixta, Exod. XII, 38. 2) res specie vel materia diversæ; animalia heterogenea. جامہ آمیختہ jamahī amēkhtah, Levit. XIX, 19, (ad usum linguæ dicendum quidem foret: جامہ آمیختہ, status enim constructus vocum, in s prævia vocali brevi exeuntium, non per additum ی sed per ء five ِ impositum litteræ s insignitur, quod tamen ab interprete Pentateuchi persico non est observatum; plura qui desiderat exempla, adeat Levit. XIV, 15. XXIV, 11. XXV, 44. Num. XI, 18 &c.) vestis mixtionis, h. e. vestis duplicis materiæ. گاشتن آمیختہ gāshān amēkhtah conferere frugibus speciei diversæ, Levit. XIX, 19. گیشن گیراندن آمیختہ gūshān girāndan amēkhtah sinere ut animalia heterogenea coëant *ibid.* Pl. آمیختہ est آمیختگان amēkhtagān, turba mixta, Num. XI, 4; in qua significatione آمیختہ (vide supra) quoque occurrit.

p. آنچه anchah, qui, quæ, quod. آنچه in versione pers. Pentateuchi, excepto, quod interrogative adhibitum non occur-  
rat,

rat, vices vocabuli كِه *keh* f. *kih* plene agere videtur. Plerumque آنچه, ubi casus obliquus est insigniendus, adsciscit pronomina personalia من *man*, تو *tō*, او *ō*, quibus syllaba *ā* appenditur. Pro pronomine personali, in sensu allato, demonstrativum آن *ān* nonnumquam quoque adhibetur. آنچه بآن *ānchah gōim bāān* cui dixero, Genes. XXIV, 14. Haud tamen raro pronomen personale sive demonstrativum, etsi casus obliquus sit exprimendus, plane omittitur. Vide Genes. VII, 4. IX, 17. XXIV, 24, 44 &c. همه آنچه *hamah anchah* quodcunque, quidquid, omne id quod, Genes. XXXI, 12. در آنچه *dar ānchah* ideo quod, Genes. VI, 3. چون آنچه *chūn ānchah* quemadmodum, Num. XXXIII, 56 &c. Haud raro آنچه abit in particulam, significantem: quum, cum, Genes. VI, 4. quo, quorsum, Genes. XXX, 38. quod, quia, siquidem, Genes. XXXI, 49.

*p.* اندو خیسیده *andaw khīsīdah*, a اندو *andaw* omne, quod rei cuidam illinitur, linimentum, crusta parieti gypso obducta, & خیسیده *khīsīdah* humectatus, maceratus; unde اندو خیسیده linimento quasi humectatus; intime additus, artissime conjunctus, Genes. II, 24.

*p.* اوآن *awāz*, cum. اوآن تو *awāz tō*, tecum, Genes. VI, 18. per. اوآن من *awāz man* per me, me adjutore, Genes. XXX, 29 apud. اوآن او *awāz ō* apud eum, Genes. XXIX, 30.

p. *اوزی awāzi*, cum, Genes. XXXIII, 1. XLII, 7 &c.

*اوب* hebr. *אוב*, necromantes, Levit. XX, 27. Origo atque significatio *אוב* sive *אוב* varie a variis exponuntur. Alii nempe, hærentes in significatione *utris*, quæ competit voci *אוב*, unde *אובות utres*, Jobi XXXII, 19, *אוב* exposuere *vas aqua plenum*, in quo manium simulacra apparuere. Conf. SIMONIS *Lexicon* s. v. Quod etymon quoque secuta est versio græca, in qua *אוב* translatum est *ἐγγαστριμῶς* ventriloquus. Ambæ vero hæc explicationes *אוב*, sola derivatione cum nitantur, nec exemplis, e codice sacro petitis, ostendi possint, pro minus certis videntur habendæ. Ad fidem tamen valde pronum est, vocem *אוב*, a r. ar. *أَب* rediit, reversus est, i. q. *رَجَعَ*, nec non sese abdidit occiditque *سَل*, i. q. *غَاب*, delignare *necromanten & necromantiam*. Quæ ambæ radicis *أَب* significationes optime cadunt in necromantiam, cum noctu exerceretur reducendisque mortuis occuparetur. Cui explicationi vocis *אוב* in primis arridet I Sam. XXVIII, 8, ubi legitur: *קָסַמְי גָּאֵל לִי בְּאֹב יְהוֹשֻׁעַ לִי* divines, quæso, mihi per necromantiam e mortuis producas mihi, (*dativus commodi*) i. e. quæso, ope necromantiæ e mortuis producas mihi. Loco *אוב* occurrit, Deut. XVIII, 11, perficum vocabulum *سارپاراست sarparast*, compositum ex *سار sar* & *پاراست parast*. Vox *سار*, in versione persica Pentateuchi, ut & alibi, varia significat. In genere *سار* est quævis extremitas, quodvis extremum, hinc: caput, Levit. IV, 4 &c. vertex, fastigium, Genes. XI, 4 &c. initium, Exod. XII, 2. Num. X, 10 &c. ostium, Genes. II, 10. *synecdochise* capillus, Deut. XXI, 12. conf. gr. *κεφαλή*, Matth. VI, 17. Luc.

Luc. VII, 46. Act. XXI, 24. *metaphorice* summa, valor, Levit. VI, 5, præstantissimum & selectissimum *rei cujusdam*, Exod. XXX, 25; quas præcipuas vocis سر significaciones, in Pentateucho occurrentes, hic apponendas duximus propter vocabulum سر پرست, explicatu sane difficillimum. سر پرست vero, ut fatis superque ostendunt multæ voces, quibus τω additur, e. g. آتش پرست *atish parast* adorator ignis, magus; خدا پرست *khudā parast* cultor Dei. Vi compositionis itaque سر پرست est venerator capitis, capiticola. Quæ tamen explicatio incerta nec fatis commoda est. Origo τω سر videtur paulo altius repetenda. Vox nempe سر vocabuli compositi سر پرست videtur explicanda: caput mortui sive caput mortuum. Cui expositioni τω سر arridet paraphrasis chald. JONATHANI, quæ, Deut. XVIII, II, pro hebr. אֱלֹהֵי מִצְרַיִם habet מַרְדָּיִתּוֹ pytho osium, (vide Buxtorfii *Lexicon Chald. Talm. & Rabb. p. 282*) e qua paraphrasi ipsa origo τω سر پرست procul dubio petenda est. Hanc nempe paraphrasin consuluisse TAWUSUM, vel inde patet, quod voces: مرده انگیز *murdah angēz* exsuscitans mortuum, Deut. XVIII, II, pro quibus vocabulis in textu hebræo l. c. legitur יְדַעְנִי, hauserit ex eodem *targum*, nempe e Levit. XIX, 31, quo loco hebr. יְדַעְנִי redditum est מַרְדָּיִתּוֹ exsuscitans manes. Conf. Buxtorfii *Lexicon Chald. Talm. & Rabb. pp. 669 & 670*. Hinc verba versionis perficæ, Deut. XVIII, II, طلب کنا سر پرست و مرده *talab kanā sarparast* و طلب کنا بان مرستان *wa*

*wa murdah angez wa talab kana bean murdagān* videntur interpretanda: consulens veneratorem capitis mortui, & eum, qui gloriatur in sua situm esse potestate exfulcitare mortuum, & interrogans mortuos, h. e. æque is, qui solummodo consulit necromanten, ac is, qui necromantiam ipse exercet. Quæ quidem ratione dictiones *سر پرسست* & *سر پرسست*

*سر پرسست* pro synonymis sunt habendæ, textus tamen hebræus l. c. in eundem redit sensum, quoniam voces, *דַרַשׁ אֶל־הַמְּתוּיִם* interrogans mortuos, in *textu hebræo ibidem obviæ*, inserviunt soli explicationi *אִיב טו*, quocum *טו ידעוני* loco hocce significatione convenire videtur. Voces *אִיב* & *ידעוני* l. c. jam ab antiquis paraphrastis pro synonymis fuisse habitas, ostendunt paraphrasis chald. ONQUELOSI & versio syriaca. Versio nempe syriaca loco allato habet *أَسْئَلُ مَوْتًا*, apud ONQUELOSUM e contrario legitur *בִּידוּן יְהוֹכָדוּ*. Ad vocem *אִיב* referendum est *טו אִיב*, Levit. XIX, 31. XX, 6. *אִיב* est *טו* hebr. *אִיב*, quæ vox secundum pluralem terminationem *אִיב* proprie quidem pertinet ad *אִיב* mulier necromantiam exercens. *אִיב* tamen, in *textu hebræo*, Levit. XIX, 31. XX, 6, cum legatur: *אִיב*, e contrario, Levit. XX, 27, in uno eodemque sensu, occurrat: *אִיב* או *ידעני*, censendum quoque est numerus pluralis *אִיב*. Quæ numerum pluralem *אִיב* designandi ratio inde forsitan ducit ortum, quod *אִיב*, qui pluralis in lingua hebræa, mulieres divinationibus & artibus magicis ab antiquissimis inde temporibus fuisse deditas cum constat, valde vetus procul dubio est, in vocem *אִיב* itidem sit translatum.

אֶהְיֶה אֲשֶׁר אֶהְיֶה hebr. אֶהְיֶה (I. perf. fut. kal) ero. אֶהְיֶה אֲשֶׁר אֶהְיֶה  
 ero qui ero, Exod. III, 14, i. e. Deus æternus sum.

بَاغ *bagh*, Deut. XXXII, 4, 5. Vocem بَاغ ll. cc. com-  
 parare quidem liceret, vel cum dictione ar. بَدِيعٌ pr. ebul-  
 litio & commotio *sanguinis*, a r. ar. بَدَاغٌ, in V. confusum  
 & perplexum fuit *negotium*, efferbuit commotusque fuit *san-*  
*guis*, (vide GOLIUM *f. v.*) unde, cum effervescencia *sanguinis*  
 apud Orientales haud raro transferatur ad animi iracundiam  
 & libidinem, sic hebr. חָמַד caluit, æstuavit, adhibetur de  
 iracundia & libidine, Deut. XIX, 6, notio iræ, iracundiæ,  
 injuriæ & perversitatis facile oritur, cujus tamen derivatæ si-  
 gnificationis, quæ voci بَدِيعٌ competeret, in Lexicis arabicis  
 non fit mentio, vel cum vocabulo turcico بَاغ, ligamen, nodus,  
 laqueus. Cui explicationi باغ, e turcica lingua petitæ, in  
 primis arridet Deut. XXXII, 5, ubi textus hebræi verba: וְקָשָׁה  
 וְהִתְחַלְחַל אֶת תַּוְּסוֹ a TAWUSO translata sunt: بَاغٌ وَبِيضٌ بِيضٌ *bagh wa*  
*pēchā pēch*. Hinc بَاغ l. c. esfet verbalis translatio hebr.  
 vocis וְקָשָׁה, cujus primitiva significatio, a r. ar. عَقَصٌ flexit  
*lignum*, (vide *Appendicem Lexici Goliani*) vel a r. ar. عَقَصٌ  
 contorsit *comam*, esse videtur: *contortus furit*. Quæ explica-  
 tio vocis بَاغ eo majori jure admittenda videtur, cum  
 hebr. הִתְחַלְחַל l. c. plane ad verbum persice translatum reperia-  
 tur per بِيضٌ بِيضٌ, valde implicatus, varie contortus,  
 intricatus, unde *translate* contumax, pravus. Ex hac primi-  
 tiva notione nodi & laquei, quæ dictioni بَاغ in turcica  
 lingua competit, notio fraudulentæ, fraudis & perversitatis

facile derivatur. Rectius tamen  $\tau\omicron$   $\beta\alpha\gamma$ , locis supra al-  
latis, censendum est part. c. I.  $\tau\epsilon$   $\beta\epsilon\alpha$  exorbitavit, mo-  
dum transgressus est; a vero deflexit, injustus fuit. Conf.  
Alcor. Sur. II, 175. VI, 145.

p. بالدار *bādar*, superliminare, Exod. XII, 22, 23.  
(Conf. vocem  $\beta\epsilon\delta\alpha\tau$ ).

p. باهو *bāhū*, vectis, pl. باهوها *bāhūhā* vectes, Exod.  
XXXV, 15. Pro باهو dicitur quoque پاهو *pāhū*, unde pl.  
پاهوها *pāhūhā*. Locis tamen Pentateuchi perfici, ut Exod.  
XXXV, 14, 27. XXVII, 6, 7. XXX, 4, 5. XXXV, 12.  
&c. ubi hæc vox occurrit, per  $\beta$  semper scribitur.

p. برانگیزانیدن *bar angēzāndan*, transit.  $\tau\epsilon$  برانگیختن  
*barangēkhtan*, imp. برانگیز *barangēz*; 1) facere ut quis sur-  
gat live exsistat, excitare, Deut. XVIII, 15, 18. conf. Genes.  
XXXVIII, 8. 2) erigere, Exod. XXVI, 30. L. 2, 18, 33.  
Num. 1, 51. Deut. XVI, 32. &c. 3) constituere, Deut.  
XXVIII, 9. XXIX, 13. 4) stabilire, ratum facere, Num.

XXX, 15. برانگیزانیدن شرط *barangēzāndan shart* stabi-  
lire fœdus, promissa alicui facta implenda curare, Levit.  
XXVI, 9. Deut. VIII, 18. &c. Hac significatione convenit

برانگیزانیدن cum درست کردن *durust kardān* ratum  
facere, stabilire, Num. XXX, 14. Intransitive, in sensu di-  
cto, occurrit: درست شدن *durust shudān* stabiliri, ratum  
feri, Num. XXX, 6. Deut. XIX, 15. Opposita vero  $\tau\omega\upsilon$   
اندن



بر انگیزاندن & درست کردن *azürdan* re-  
 probare, irritum reddere, Num. XXX, 6, 12, revocare, avocare,  
 Num. XXXII, 7, & باطل کردن *bätül kardan* irritum de-  
 clarare, Num. XXX, 13, 16, abolere, Deut. XXXII, 26.  
 5) ratum habere, præstare, exsequi, Deut. XXVII, 26. Con-  
 structum cum particula *abar* signum *abar* significat بر انگیزاندن,  
 præponere, præficere, Deut. XXVIII, 36.

p. بر آياندن *bar äyāndan*, transit. *bar* بر آمدن *bar*  
*āmadan*, imp. بر آي *bar äy*; facere ut quis prodeat s. ascen-  
 dat, sustentare, nutrire, Genes. XLVII, 17. Primitiva verbi  
 بر آياندن significatio, Exod. XV, 13, ubi quæstio est de iis,  
 qui ex Ægypto in terram Canaan proficiscuntur, adhiberi qui-  
 dem potuisset. Loco tamen hocce, et si in textu hebr. ambobus  
 locis allatis pihelica forma *bar* *äyāndan* legatur pro *bar*  
*äyāndan* *rāyāndan* ducere.

p. بر داراندن *bar dārāndan*, transit. *bar* بر داشتن *bar*  
*dāshān*, imp. بر دار *bar dār*; facere ut quis aliquid extollat.  
 بر داراندن *manzäl bar dārāndan*, facere ut castra mo-  
 veantur, jubere proficisci, Exod. XV, 22.

p. بر در *bardar*, a بر *bar* super, supra, & در *dar*  
 janua, unde بر در vi compositionis foret superliminare, ut  
 &

& hæc vox in *Lexico RICHARDSONIANO* expolita est. Significatio allata locum quidem habere potest, Exod. XII, 7, si voces *دو بردرها* *dō bardarhā*, ibidem obviæ, exponuntur: duæ projecturæ supra januam. — Ad genium linguæ dicendum quidem foret: *دو بردر* *dō bardar*, substantiva enim, quæ sequuntur nomina numeralia cardinalia, in numero singulari construuntur, cujus tamen rei in versione TAWUSI non habetur respectus. — Qui significatus vel ex eo, quod *טו* hebr. *טשקוף*, in textu hebr. l. c. occurrens, per *זירדר* *zīrdar* (vide hancce vocem suo loco) perlice sit translatum, quodammodo confirmatur. Nec huic expositioni vocis *دو بردر* repugnare videntur Exod. XII, 22, 23, ubi legitur: *بالار و دو بردرها* *bāldar wadō bardarhā* superliminare & anibæ projecturæ ad utramque partem superliminaris. Attamen, hæc projecturæ notio firmis cum non nitatur fundamentis, nec vocem *دو بردر* superliminare liceat transferre, tum quod ll. cc. ut & Deut. VI, 9. XI, 20, in numero plurali occurrat, tum quod, Exod. XII, 22, 23, conjuncta obveniat cum vocabulo *بالار*: alia hujus vocis explicatio quærat necesse est. *دو بردر* nempe, a *بر* in, (quæ significatio particulæ *بر* interdum competit, e. g. *بر طرف* *bar tarf* pr. in latere, angulo; seorsim) & *در* *dar* janua, videtur esse *postis*, sic dictus, quod valvæ januæ sint infixæ postis, atque in eodem moveantur. Cui explanationi *טג* *dar* arridet significatio certa hebr. vocis *מזוזל*, in textu hebr. ll. cc. occurrentis, quæ, a chald. *מזז* moveri, sese movere, *postis* apte exponitur.